

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium ae
cum fonte primo

Vere uox magna, uox tube terribilis cui
omnia obediunt elementa que petras
scindit, inferos aperit,

portas ereas frangit,

uincula mortuorum dirumpit, et de
profundo abyssi animas liberatas
corporibus suis assignat.

Hec autem omnia citius consumat in
opere quam sagitta transit in aere,
dicente apostolo: In momento, in ictu
oculi.

I. Corinthios XV.

Ibidem (Crisostomus super illud Matthei
XXIV.: Et uirtutes celorum).

Vere magna vox tubae terribilis, cui
omnia obaudiunt elementa, quae petras
scindit, inferos aperit,
clausuras tenebrarum pertransit,
portas aereas conterit,
vectes adamantinos et ferreos confringet,
uincula mortis dirumpet, et de
profundo abyssi animas liberatas
corporibus suis assignat.
Haec omnia citius consumet in
opere, quam sagitta transit in aere,
dicente Apostolo: *In momento, in ictu
oculi,*
*in novissima tuba. Tuba enim canet, et
mortui resurgent incorrupti*
(1. Cor. 15. 52).

Pseudo-Chrysostomus, *Opus
imperfectum in Matthaem*, 49 (PG 56,
col.920).